

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Luxuria d
cum fontibus proximo et primis

Manipulus florum, Luxuria d:

Commixtio sororum et fratrum
quanto fuit antiquior compellente necessitate,
tanto postea facta est dampnabilior religione
prohibente.

Augustinus XV. de ciuitate Dei.

Fons proximus:

← *Et ideo, sicut Augustinus dicit, XV de Ciu. Dei,
commixtio sororum et fratrum,
quanto fuit antiquior, compellente necessitate,
tanto postea facta est dampnabilior, religione
prohibente.*

Thomas de Aquino, *Summae theologiae, Secunda
secundae*, 154.9.resp.3 (P. Caramello ed., p.673).

Fontes primi:

Cum igitur genus humanum post primam copulam uiri
facti ex puluere et coniugis eius ex uiri latere marium
feminarumque coniunctione opus haberet, ut gignendo
multiplicaretur, nec essent ulli homines, nisi qui ex
illis duobus nati fuissent: uiri
sorores suas coniuges acceperunt; quod profecto
quanto est antiquius compellente necessitate,
tanto postea factum est dampnabilius religione
prohibente.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 15.16
(CCSL 48, B. Dombart ed., pp.476-7, ll.1-7).

→ *Et ideo, sicut Augustinus dicit, XV de Ciu. Dei,
commixtio sororum et fratrum,
quanto fuit antiquior, compellente necessitate,
tanto postea facta est dampnabilior, religione
prohibente.*

Thomas de Aquino, *Summae theologiae, Secunda
secundae*, 154.9.resp.3 (P. Caramello ed., p.673).